Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-315660-p0001-9

Sbd

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-315660-p0002-4

NVPTIAS AVSPICATISSIMAS

VIRI

Plurimum Reverendi, Ampliſſimi

nec non Doctiſſimi

DOMINI

GOTTLIEB VITALIS ROHRMANNI,

Paſtoris ad Div. Jacobi

vigilantiſſimi

ut et

Virginis Florentiſſimæ Ornatiſſimæque

ÆMILIAE JVLIANAE

Maxime Reverendi, Ampliſſimi atque Doctiſſimi

DOMINI

IOHANN BALTHASAR REINHARDI,

Reverend. Miniſterii Primarii, Dioeceſeos ad D. Nicolai Paſtoris,

Conſiſtorii Aſſeſſoris Scholæque Inſpectoris &c.

FILIAE

unice dilectæ et lectiſſimae

ipſo DOROTHEÆ Die

qui erat 6. Febr. 1725.

Felici omine celebratas,

hocce qvali qvali

Epithalamio Sapphico

proſeqvebatur

IOHANN JACOB KIESEWETTER,

Diac. ad Div. Blaſii.

Nordhuſae, prelo Coeleriano.

106

AK

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-315660-p0003-0

FESTA Lux ſalve radioſque ſparge,
Sis Dies felix hodierne nobis
Ἀ Θεȣ̃ Δώρῳ referens ſecundo
Omine nomen.

TE Deus donis hodie coronat,
SPONSE, quæ præſtant Arabum metallis
Divitum, Gazis quoque, quas remota
India mittit.

Integram vitæ ſceleriſque puram
CONIUGEM dono TIBI dant benigna
Aſtra, quam ducas pretioſiorem
Pectore gemmis.

O ſatis dives! meliore natus
Sorte, divino elogio beatus,
Hocce quem vaſti Moderator orbis
Munere ditat.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-315660-p0004-5

Hunc diem lætum merito lapillo
Adnotes albo, VENERANDE SPONSE,
Tale quo gratis TIBI largiuntur
Sidera donum.

Fronte ter felix hilari capeſſe
Has opes, Cœlum TIBI quas ſerenum
Spargit, et grata pia vota mente
Funde Datori.

Iungeris SPONSAE pietate claræ,
Ducis Uxorem thalami beati
FILIAM, in qua ſtat, ſtabit omnis almi
Cura PARENTIS.

Grator hinc donum TIBI, SPONSE AMICE,
Lætor et ſupplex voveo precorque,
Ipſe VOS IESVS ſtabili pioque
Foedere jungat.

Sorte VOS cæca minime ligati:
Haud id acceptum Veneri ferendum;
Sed TORI VESTRI Deus ût Gamarcha
Vincula nectit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-315660-p0005-1

Vincla ſic Numen liget, ut ſit unum
Cor, fides et ſpes, amor unus, una,
Sit ſalus et ſors, animus ſit idem,
Una voluntas.

Abſit Aſmodi rabies et ira,
Rancor et rixæ procul hinc recedant,
Triſtia extremos fugiant ad Indos
Ac Garamantes.

Tot boni ſummus Dator omnis ornet
VOS bonis AMBOS cumuletque donis,
Quot dabit flores Zephyro tepente
Optima tellus.

Sis DEO ſemper, Neonymphe, AMATVS,
Vive VITALIS, Tua IVLIANA
Floreat, flori AEMILIA arborique
AEMVLA creſcat.

FIAT!

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
evtl. nicht vergeben!

ULB Halle 3
002 108 178

Sb.

VD17

Rh40

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-315660-p0007-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-315660-p0008-7

NVPTIAS AVSPICATISSIMAS

VIRI

Plurimum Reverendi, Ampliſſimi

nec non Doctiſſimi

DOMINI

GOTTLIEB VITALIS ROHRMANNI,

aſtoris ad Div. Jacobi

vigilantiſſimi

ut et

lorentiſſimæ Ornatiſſimæque

IAE JVLIANAE

everendi, Ampliſſimi atque Doctiſſimi

DOMINI

N BALTHASAR

REINHARDI,

Primarii, Dioeceſeos ad D. Nicolai Paſtoris,

Aſſeſſoris Scholæque Inſpectoris &c.

FILIAE

mice dilectæ et lectiſſimae

pſo DOROTHEÆ Die

qui erat 6. Febr. 1725.

elici omine celebratas,

hocce qvali qvali

Epithalamio Sapphico

proſeqvebatur

JACOB KIESEWETTER,

Diac. ad Div. Blaſii.

---

ordhuſae, prelo Coeleriano.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-315660-p0009-7